reperire. Est autē in hoc palacio siue hospicio cōsuetudinis q̄ quilibet peregrinus dat duos denarios venecianos pro hospicio si moratur ibi per annum non dat magis si moratur per vnum diem non dat minus. In hoc palacio seu hospicio temporibus meis habitauit quedam matrona nomine margaretha de cicilia que habuit fratres canonicū sancti sepulchri nomine nicolaū. Hec margareta xpianis multum fuit vtilis et proficua vt michi constat. et semper xpter fidelitatem in specilai gracia fuit soldam. Et est sciendum q̄ canonici sancti sepulchri mk̄tis vtunt̄ p̄uilegijs vt in ordinario eorum legi. Nam omnes horas dici cum alleluia vt nos cum deus in adiutorium mēipiūt. Et hij principaliter legunt assertiue vt ipo die pasce. dyaconus legit euangelium tali modo In illo tempore maria magdalene et maria jacobi et salome emerūt aromata venientes vngerent ihesum ꝛc̄ Et dū venit ad illū articulū surrexit non est hic tūc dyaconus digito suo monstrat super sepulchrum et sic de reliquis. Inter cetera ante ecclesiam versus occidentē est lapis super quē jhesus baiulans crucē modicū quiciuit et ibi dē angariauerūt symonē cyreneū de villa venientē vt tolleret crucē. Itē iuxta ecclesiā nō longe versus meridiē est lapis super quē jhesus sedit dicens Filie jherusalem nolite flere super me ſ super vos et sup filios vestros. Item in jherusalem apparent adhuc paumenta domū pylati. sed tunc erat extra ciuitatē domū cayphe in qua cōsiliū fecerunt et ipe xp̄ hetauit dicēs expedit vnū hominē mori. et distat a jherusalem tribus miliaribus illius patrie. Itē in jherusalem q̄plurima alia cernunt̄ mirabilia et loca sancta de quibus longum esset enarrare.

De Zacharia ciuitate.

Item de jherusalem p̄ceditur et peruenitur ad ciuitatem quandam pulchram et nūc desertam in montanis judee sitam nomine zachariam et distat a jherusalem quinq̄ miliaribus. In hac ciuitate Elizabeth et zacharias parentes sancti Johannis baptiste habitabant et in ea beata maria post annūciacionem eius iuxta dictum gabrielis iuit a Nazareth cui Elizabeth obuiauit et exultauit infans in vterō eius et maria dixit magnificat anima mea dominum. In loco quo sibi inuicem obuiauerunt et amplexati sunt sepulcherrima ecclesia est cōstructa que magnificat vocat in presentēdiē et distat hic locū a Nazareth ad tres dietas cum dimidia quas mater domini itaq̄ iuit vt euangelium testatur. Surgens maria abiit cum festinacione montana iudee. In hac etiam ciuitate sanctus johannes baptista conceptus est et natus. Et de hac ciuitate Zacharia reditur et cernitur locus vbi crux cristi creditē creuisse et multa sanctorū cernuntur monumenta et heremitoria cauerne et antra in quibus sanctorū multorū corpora adhuc quotidie reperiunt̄ intacta et illesa quorū nomina deus nouit et dum sic reditē in jherusalem ꝛc̄.

Nota de loco martirij sancti Stephani.